



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXIV. Markgraf Friedrich bestätigt dem Stift Leitzkau ein Privilegium, am
14. September 1418.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

vum. In firmitus et evidentius testimonium premissorum presentem literam nostrorum Johannis nostri prepositi et ecclesie Lytzkenfis capituli sigillorum munimine duximus sigillandam sub anno domini millesimo quadringentesimo secundo, sabbato proximo post festum beati Vincentii martyris.

Nach einer Abschrift in einem alten Copiario, was sich auf der großherzogl. Bibliothek in Weimar befindet. Mittheilung des Herrn Professor Geffter.

XXIII. Der Pabst Johann beauftragt unter Anderen den Probst zu Leitzkau mit der Execution einer apostolischen Anordnung gegen die Stadt Magdeburg, am 24. Dezember 1414.

Johannes, Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati in Berga extra Magdeburgenses et St. Johannis extra Halberstadenfes muros ac in Lizka per praefides solitorum gubernari Brandenburgensis dioecesis praepositis monasteriorum salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie dilectis filiis, Consulibus et communitati Magdeburgensium nostras literas concessimus in haec verba: Johannes, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Proconsulibus, Consulibus et communitati civitatis Magdeburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a nobis petitur etc. Datum Constantiae anno 1415, 9. Cal. Januarii Pontificatus nostri anno V. Volentes itaque, ut praedictae literae nostrae debitum fortiantur effectum discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, ut vos seu ambo s. alteruter vestrum ipsimet vel per alium aliosve supra nominatis Proconsulibus, Consulibus, singularibus personis et communitati supra dicto privilegio contra ejusdem concessionis nostrae tenorem a quoquam immerito vim inferri prohibeatis; nulla re cunctis, quae in eisdem litteris nostris expressa sunt, obstante quicquid tandem a fede praedicta aliquibus indultum sit, ita ut arcessi, suspendi vel excommunicari non possint, literis Apostolicis non facientibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulgentia hujusmodi mentionem, contradictores per censuras ecclesiasticas appellationibus postpositis compescendo. Datum Constantiae, anno 1415, 9. Cal. Januarii, pontificatus nostri anno V.

Balthar Singul. Magd. IV, 78.

XXIV. Markgraf Friedrich bestätigt dem Stift Leitzkau ein Privilegium, am 14. September 1418.

Fridericus, dei gracia Marchio Brandenburgensis — Constituti coram nobis Religiosi patres domini Johannes Ruhlstorp prepositus et Lucas prior ecclesie Letzkenfis — certa privilegia nec non litteras sigillatas a quibusdam Marchionibus antecessoribus nostris — produxerunt (die Urkunde v. J. 1157 über Grüssow). Nos vero dicta privilegia — confirmamus. — Datum et actum in opido nostro Coln cis Spreuam quarta feria post Natiuitatis Marie, Anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo presentibus — Casparo Ganfs, domino in potest, Wirich de Trutlingen, Hasso de Heib, Johanne de Sporneck, Casparo de Woldenfelz, Gunzelino de Bertensleue, Canonico lubucensi atque pluribus aliis fide dignis.

Aus einer Copie im Archive des Domstifts Brandenburg. Die Urkunde ist vermuthlich falsch, wenigstens ihrem Datum nach.